Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Constantia in cæptis. 168

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

Visual Library

tati ferendis emicuit : & ſuam animus fortitudinem duabus in rebus præcipuè oſtendit ; ſiue cùm aduerſa ſuperare, ſiue cum arduis interritus niteretur occurrere. 167 Iam humanitas illi inerat ea, qua pleroſque ſibi omnes, & vel hoſtes ſuos obſtringebat ; fractaque illorum peruicacia, quo quemque vellet, impellebat. 168 Si qua etiā laudabiliter incepiſſet, nullis difficultatibus tardari ſe ſinebat, quin perfecta daret : Solitus eum in finem modos ſedulo ac proſpicienter quærere, quibus negotium expediret : atq; inuentis conſtanter vti. 169 Fiducia aduerſus Deū incredibili erectus, nunquam aliam, neque in carcere defenſionem, neque ærumnis circumuentus, opem ſollicitabat. Inde inter ſupremæ egeſtatis iniurias, cum præſertim ſociis alendis omnia